

Hannæ, 1. *Sam. II. Psalmum XC.* & alia forte, quæ tum ex-
 titerunt quidem, temporis autem progressu intercidere.
 A Davide exquisitissimi Psalmi, magno spiritu, numero-
 que, sunt scripti, ad quos cum & ceteri, quos istud tempus
 ferebat, vates, utpote *Assaph, Heman, Salomon* ipse, non-
 nullos adjicerent, magna Psalmorum & carminum abun-
 dantia esse cœpit. Sunt, qui Cantores prima quaque he-
 bdomadis die Psalmum *XXIV.* ad sacrificia etiam quoti-
 diana & fixa, mane quidem Psalmum *CV.* a meridie vero
 Psalmum *XCV.* nec non *CVI.* Sabbathi vero die Psalmum
XCII. & alios, in Neomeniis, aliisque festis, Psalmos a *CXIII.*
 usque *CXIX.* & alios, extra ordinem, & data occasione, ut-
 pote a victoria *Pf. XLVI. & XLVIII.* decantasse, scribant.
 Quod ipsum uti dubiis Judæorum traditionibus nititur, ita
 suo loco relinquimus. Id certum est, Judæos etiam ex
 Babyloniis reduces, ordinem illum revocasse, & usque
 ad templi, Urbisque excidium, retinuisse, siquidem &
Esdra (a) & Nehemias (b) Cantorum sat magnum sese nu-
 merum secum Hierosolymas adduxisse, commemorant,
 quos non modo, cum instauraretur templum, *Efræ III, 10. 11.*
 sed & postea, suo functos fuisse in Sacris officio, SYRACI-
 DES docet *c. XLVII, 11.* Therapevtæ, quos ab Essæis, cum
Henr. Valesio (c) ipsoque adeo *Philone*, distinguimus, sua in
σειμνεία nihil aliud, quam *Legem, & Prophetarum Oracula,*
hymnosque, & quædam alia pietatis, sapientiæque provebendæ
utilia inferebant. Nec contemplabantur solum, sed etiam ὁσμῶτα
ἕψυμνος in DEI laudem componebant, PHILONE (d) teste, qui
 non ita multo post addit, quod publicis in conventibus
 ὁ Πρόεδρος hymnum in DEI laudem cecinerit, aut recens a se
 com-

(a) *Cap VII, 7.* (b) *c. VII, 44.* (c) *in Not. ad Euseb. H. E. L. II, 17.*
 (d) *de Vita contempl. f. m. 893. & 901.*